



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cepphus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

De Lari vocabulo.

tantum sectantes quod de summi Dei clementia, plus quam audere debeant, sibi pollicentur: mox perfractis utriusque agonis carceribus, effusissimo cursu in Mahumetanam, aut si quid hoc pertinet, cum adolescens adhuc essem, Luciani opusculum. De iis qui mercede conducti aliena quadra degunt, ut ea ferebat atas, Latinum feci. In eo locus est, ὅτι χείρη τῆ ἀγροῦ, εἰς ἡλεις, καὶ ἰππεὶ ὁ λάρα ὁλον ἀβλαχάνων τὸ δέλαρα. Illud, καὶ ἀπὸ τοῦ ὁ λάρα, veluti Gavia feceram, secutus Gazam, qui Laron Gaviam reddit ex Eucherio, qui ubi de Laro mentio est in Pentateucho, eum Gaviam esse dicit. Et in reliqui vulgatis Luciani codicibus, in quibus λάρα habetur, decepti, modo Gaviam, modo Mergum traduxere. Ita & ego, cum alia non extaret lectio, quam prae manibus habebam profitebar: sed posteaquam Romae in vetustum Palatinae Bibliothecae codicem incidi, reperi loco hoc, καὶ ἰππεὶ ὁ λάρα, lectione longe castiore scriptum esse. Piscis hic est edacissimus, quem Lupum Latini vocant, De pisce autem & hami esca eo Luciani loco agitur, non de alitibus. Sed ut ad Larum revertamur, versus Homeri est τῷ ἐν τῆς ὀδυσσεύς,

Σεῦατ' ἐπειτ' ὅτι κῦμα λάρα ὄρνιθι εἰοικώς

ubi Mercurii ornatus omnis scribitur: quem locum Maro Aeneid. quarto totum sibi desumpsit. Ubi vero de mutatione in hanc alitem agendum est, ita eloquitur:

Hic toto preceps se corpore in undas
Misti, avi similis quae circum litton, circum
Pisces scopulos humilis volat, aequora iuxta.

Hic Servius: Incongruum, inquit, heroico credidit carmini, si mergum diceret, ut alibi Ciconiam periphrafin posuit:

Candida venit avis longis invisâ colubris.

DE CEPHO. CAP. XXI.

Sed quoniam & Cephus ipse suam habet significationem, quem is in hieroglyphicis locutus neat, videamus.

FATUUS. CAP. XXII.

Ab Erasmo Chil. 2. cen. 2. pro. 33.

Georg. lib. 1.

Cephus ubique hieroglyphicum est fatuitatis & stuporis, quo animal id egregie laborat. Ferunt enim ei spuma marina vicitare, cuius rei non ignari piscatores, spumas à litore collectas eminus projectant, ita volucres ad escam allecantes: mox cominus, inde etiam manu porrigentes, facillimo eas negotio capiunt. Theodorus hanc Fulicam interpretari videtur, ea, ut arbitror, ratione adductus, quod Arati carmina quaedam Virgilius ad verbum fere in Georgicis expresserit, atque ubi ille κέπρον, hic Fulicam posuerit, Arati carmina ita habent:

Καὶ πρὸ τῆ καὶ κέπροι, ὁ πρὸτ' εὐδοιοι πετέωνται, Πολλὰ κινδ' ἀγροῦ ἀδες νῆσαι, ἢ ἐν ἀλὶ δέιναι
Ἄντια μελλόντων ἀνέμων εἰλιδα Φέρονται, Αἰθῆραι χερσαία ἰνδοσανται πτερόσση,

Virgilius ita reddidit:

Cum medio celeres volitant ex aquore Mergi, In sicco ludunt Fulicae.
Clamoremg, ferunt ad littora, cumq, marina

Proverbiu.

quod vero una jungantur λάρα & κέπρον in adagiis, geminatum esse opprobrium dixerim, ut, ἄρα καὶ κέπρον, apud Terentium: & quod ad Mergum & Fulicam nostros facit, scortatores, nebulones, & alia huiusmodi apud Horatium.

DE CRYPHE. CAP. XXIII.

Exigere videtur rerum series, ut qui ab olore Phœbea exorsus fumus, Gryphes identidem Apolloneos subjungamus: tamen quid hi sibi velent, nunquam compererim apud Aegyptiorum hieroglyphicorum interpretes. Aegyptium tamen esse commentum Bembæ ostendit tabula, in qua Gryphes multis variisq; formis cælati, & ea etiam quam fabulantur effigie conspiciuntur; passimq; in terra Græcia, & Italia universa, quaque Romanum olim Imperium extendebatur, in mystica huius Philosophiæ usum figurari.

APOL